Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26216
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Api mi dona mea natalia. sic enim tu existimas non
me credas fugisse martyrium. non mi contingat hoc
sed ut accipiam te et presens sis consummationi nostre sic
promiseram tibi. At illa non credebat dicens. Vide quod dolose
me seducit transgressor. ecce quomodo mittit alter iu
das. Recede a me homo. nam me ipsam interficiam ut saci
eris. Et dum moraretur ad apiendum dixit ad eam. Api ci
tius. nam uado et reuertor ad eos. et ultra me non uidebis
post excessum meum. fide iussores enim dedi congre
gationis sanctorum martirum. et dum inquisierint me et
non inuenerint hi qui presentes sunt. sancti martires sustinere
etiam habent mea tormenta et sua. et non poterunt
sufferre dum sint fatigati ex his penis que illate
sunt a tyranno. Dum audisset natalia uerba hec sta
tim aperuit ei. et inuicem se uestigiis suis prostrauerunt
Et dixit uir eius ad eam. Beata es inter mulieres. quoniam tu
sola apparuisti ut saluares uirum tuum. Bene
dicta gloria et corona tua. tu enim es fructus uicto
rie. et consors martirum. etiam si non paciaris. Et accipi
ens eam perrexit. Cuntibus autem illis inuiam dixit ad
eam. Dic quomodo ordinasti soror mea domum me
am. At illa respondens dixit ad eam. Noli domine
mis noli memor esse uanitatis huius seculi. neque
mundi huius bona que interrogas. sed solummodo hoc
memorare in quo uocatus es. Auferantur ergo a te omnia
seculi huius corruptibilia. et ad illa festina solummodo